Cax. 12 or 3

TRACTATVS DE BENEFICIIS AMPLISSIMVS, ET DOCTISSIMVS,

DECLARATIONIBVS CARDINALIVM S. Congr. Concilij Trident. & Deciſionibus Rotæ, tàm MS. quàm impreſſis, firmatus, ornatus, & ad ſingulas materias ſecundùm hodiernam praxim accommodatus,

AVTHORE
NICOLAO GARCIA HISPANO,
I. V. Profeſſore, & Eccleſiæ Abulenſis Canonico.

Cum duplici INDICE, *uno Partium & Capitulorum, altero Rerum & Materiarum copioſiſſimo.*



GENEVÆ,
Sumptibus Samuelis Chouët.
M. DC. LVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CLARISSIMO DOMINO

D. ANDREÆ FERNANDEZ DE CORDOVA

Epiſcopo Pacen.

NON fuit mihi, Præſul Illuſtriſſime, diu cogitandum, cui opus de Beneficiis primitias ſtudiorum meorum dicarem, cùm ſtatim tu ipſe occurreres, cui multis nominibus debebatur, tum ob magnum amorem quo me ſemper benignè proſequeris, magnáq; Beneficia mihi collata à te patrono meo obſeruandiſſimo, cuius ſemper patrocinium expertus ſum, tum etiam quia ad opus iſtud conficiendum non parum adiumenti mihi attulerunt ea, quæ Romæ didici à te viro eruditiſſimo cùm eſſes Rotæ & ſacri Palatij Auditor digniſſimus, tuaq; deciſiones doctiſſimæ (quas vt mihi iuſſiſti in bonum Reipublicæ, fauente Deo edere ſpero) ac quæ ex tuis libris, & ſcriptis propriè Rotæ, excerpſi, atque collegi, tam Romæ, quàm in ciuitate Pacen. quæ te Paſtore, & Epiſcopo ſuo, vigilantiſſimo, & beneficentiſſimo gaudet, iure etiam optimo opus hoc de Beneficijs Eccleſiaſticis debetur tibi Antiſtiti ampliſſimo, eorum diſpenſatori, Auditoriq; doctiſſimo Rotæ, vbi materia iſta maximè agitur, rectiſſime examinatur, & optimè ſcitur: Accedit generis tui claritas, tuaq; ſumma nobilitas, cum eximia virtute coniuncta, quam non opus eſt longo ſermone recenſere: nemo enim eſt cui non ſit perſpicua & ſatis comperta, cùm ſis ex antiquiſſima, & nobiliſſima Cordubenſium familia, ex qua tot Magnates, Heroes, & excellentiſſimi Principes, Duces, Marchiones, & Comites bello paceq; inſignes, ac toti orbi notiſſimi, necnon magni Prælati prodierunt, totq; illuſtriſſimæ domus inter quas eſt tua, illuſtriſſima de Guadalcazar: nemo etiam eſt qui neſciat quantum nobilitatem iſtam & generis ſplendorem cum literis & virtute coniunxeris. En igitur, Illuſtriſſime Præſul, Tractatum noſtrum (qui tibi vt ſpero non diſplicebit) tuo nomine nuncupatum tuoq; patrocinio, tutelæ, ac protectioni commiſſum, atq; hilari vultu, ſolitaq; benignitate, ac humanitate accipe munus hoc ſummæ erga te obſeruantiæ, obſequij, & grati animi mei teſtimonium, & argumentum. Et vale fœlix. Abulæ.

Licentiatus NICOLAVS GARCIA,
Canonicus Abulen.

PRIMA PARS DE NOMINE, DIFFINITIONE, ET DIVISIONE BENEFICII.

CAPVT I.

De nomine beneficij & origine.

SVMMARIA.

Beneficium in genere quid ſit, num. 1. 2. & 3.
De varia acceptione verbi beneficium, remiſſiue, n. 4.
In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficij intelligitur beneficium Eccleſiaſticum, numero 5.
Beneficij nomine per Antonomaſiam beneficij in Eccleſiaſticum intelligitur, n. 6.
Beneficium ab aliquibus Sacerdotium dicitur, ſed non eſt relinquendum verbum beneficium vſitatum, n. 7.
Beneficium dicitur etiam præbenda, & quomodo accipitur præbenda, n. 8. & 9.
De origine beneficiorum remiſſiue, n. 10.

1 BENEFICIVM in genere eſt beneuola actio † tribuens gaudium capientibus, vt *in capite 1. in quibus cauſis feudum amittitur, ex Seneca, lib. de benefic. 1.* tradunt *Selua de benefic. 1. part. quæſt. 1. & Quintanaduennas Eccleſiaſticon, libro 1. capite 1. & D. Cardin. Tuſch. con-*
2 *cluſione 51. litera B.* Et quamuis iſta diffinitio † impugnetur à Lud. Gomecio *in rubr. de reſcript. à numer. 1.* non oportet in hoc immorari, quia parum refert præſertim ad praxim. Seu beneficium eſt bene-
3 factum in alium collatum. † ſine gratia, *Corraſ. in Paraphraſi Sacerdotiorum, ſeu tract. de benefic. part. 1. capite 1. numero 5. Rebuff. in praxi, titulo 1. quid ſit beneficium, numer. 2. & 3.* Conſonant Michael del Villar *in tract. del Patronado de Calatayud. 4. part. §. 1. num. 8. Azor inſtit. mor. 2. p. lib. 5. c. 1. qu. 1.* & Ioan. Quintin. Heduus *in repet. c. de multis de praben. à n. 3.* qui ait, quod beneficium eſt id quod per actionem quandam beneuolam & ſpontaneam datur alteri, & præſtatur vtiliter.
4 Et de varia acceptione verbi beneficium † videndum eſt Quintanaduennas d. c. 1.
In iure vero Pontificio, & in materia Canonica
5 † & Eccleſiaſtica appellatione beneficij intelligitur beneficium Eccleſiaſticum, de quo eſt noſter tractatus. *Card. in Clem. 2. de iudiciis, numer 5. 8. not. Ripa in rubr. de reſcri. numer. 5. Probus ad Monachum in c. nullus de temporib. ordinand. in 6. num. 2. Rebuff. d. t. 1. num. 8. & 9. Franci. Marcus deciſ. 523. num. 4. par. 1. & Manuel Rodriguez q. regularium tom 1. q. 34. art. 1.* & *Azor ſup. d. qu. 1.* & vtrinque Corraſ. *d. c. 1. in fin.* bene-
ficij † nomine per Antonomaſiam quandam, vulgo beneficia Eccleſiaſtica tantum intelliguntur. 6
Idem Io. Quintin. *ſupra n. 4.*
Et quamuis aliqui beneficium Eccleſiaſticum Sacerdotium dicere malint † vt *Corraſ. in d. Paraphraſ.* 7
& Tiraquell. in tractat. ceſſante cauſſa 1. part. numero 46. & ita etiam appelletur, vt *per Calepinum verb. Sacerdotium, & Vocabularium Eccleſiaſticum*, tamen verba vſitata receptaque apud Iuriſperitos & Canonum authores non ſunt mutanda, & licet beneficium Sacerdotale ita dici poſſet, vt *in cap. penult. ne prælati vices ſuas*, non tamen alia beneficia, & Sacerdotium pro presbyteratu, vel officio ipſo, ſeu dignitate Sacerdotis ſumitur, *Rebuff. in dict. praxi in proœmio, Duar. de ſacris Eccleſiæ miniſteriis, libro 2. capit. 3. P. Pechius in reg. beneficium lib. 6. num. 1. Doctor. Sahagum de Villa ſancta præceptor meus in c. fin., de ſequeſtratione poſſ. num. 20. Calep. & Vocabul. Eccleſiaſt. ſup. & Anton. & Azor ſupra num. 1.* Dicitur vero beneficium etiam præbenda. † Nam præbenda non 8
ſolum accipitur pro præbenda Canonicali, nempe Canonicatui connexa, quæ dicitur proprie & ſtricte præbenda, & eſt ſpiritualis ratione Canonicatus *cap. dilecto de preb.* & pro præbenda mere temporali, nempe quæ datur pro labore, ſeu officio temporali, vt aduocato, medico, ſeu magiſtro, *Abb. in cap. cum M. de conſtit. num. 12. & ibi Felin. ex numero 11. Decius 99. & Ripa 172. Cardin. in Clement. final. de præbend. ſub numero 14. & ibi Imola conſ. 528. num. 8. Corraſ. d. 1. par. c. 2. num. 4. Mar. Anton. Cucbus in inſtitutionibus, cano. paruis lib. 2. t. 6. de præbend. §. 2. Alexander Moneta de optione, c. 2. à num. 13. & alij.* ſed etiam large pro omni beneficio, ſeu iure percipiendi † prouentus in Eccleſia ratione officij *Fel.* 9
in c. poſtulaſti de reſcrip. numero 4. 3. concl. Ripa. verſ. 2. modo, & Cucbus vbi ſupr. & ita videtur ſumi in rubrica, de præbend. & dignit. quæ verba ponuntur tanquam genus, & ſpecies. Et tradit poſt hæc viſus. Hier. Gonçalez ad reg. de menſib. gloſſ. 5 §. 1. Sumitur etiam præbenda pro beneficio canonicali, ſeu pro canonicatu & præbenda ſimul, ſicut etiam canonicatus pars pro toto, vt *in cap. tua 32. de verb. ſign. & in c. l.*